

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**In Salvianum lucubrationes aliquot doctorum virorum**

**Weitz, Johann**

**Noribergae, 1623**

Lib. V.

[urn:nbn:de:bsz:31-131303](#)

faciem propria  
peccata men-  
tis punitur &  
ad regnum &  
in regnum  
apud Ethnici  
d'esse proph-  
et facile feceri  
In profana ab-  
ludatur. ut Pro-  
fani insigni-  
tati. Egregiu-  
mores esse  
curiosi em-  
ulatum sub-  
argumen-  
ter hec in  
tale: Ura-  
le quoniam e-  
sumus.  
dem sensu  
et vel pos-  
tula. Cui  
XXVIII.  
Egregius mili-  
bu

hoc dixisse videtur Epicurus. Nam qui peccare se  
nefecit, corrigit non vult. Deprehendas te oportet, an-  
tequam emendes. Quidam vitis gloriuntur. Tu  
existimas aliquid de remedio cogitare, qui mala  
sua virtutum loco numerant? Ideo quantum po-  
tes, te ipse coargue. inquire in te: accusatoris pri-  
mum partibus fungere, deinde judicis, novissime  
deprecatoris. aliquando te offende. &c.

Pag. 124. Neque enim colit, qui tem san-  
ctam non sancte &c.) Vide quam idem, quem  
modo diximus, Ethnicus eadem sentiat, Deum  
videlicet ejusq; leges sincere esse colendas. Sic igitur  
Epist. XCV. Primus est Decorum cultus, Deos cre-  
dere: deinde reddere illis maiestatem suam, red-  
dere bonitatem, sine qua nulla maiestas: scire illos  
esse qui præsident, qui universa via sua temperant,  
qui humani generis tutelam gerunt, interim dum  
curiosi singulorum, hi nec dant malum, nec ha-  
bent. Caterum castigant quosdam & coercent,  
& irrogant penas, & aliquando specie boni puni-  
unt. Vis Deos propitiare? bonus esto. Satis illos  
coluit, quisquis imitatus est.

Pag. 127. Tritura.) Vox Varroni etiam usi-  
tata l. 4. deling. Lat. à terendo.

Pag. 134. Quia sacrificiis) U. Tertull. in A-  
Pologet. & Minuc. Felic.

## LIB. V.

Pag. 142. Divinæ generationi) Forte vene-  
rationi.

Pag:

Pag. 151. Ut penè unus esse videatur) Respe-  
ctu scilicet multitudinis malorum. quemadmo-  
dum supra lib. 3. pag. 86. Omnis, inquis, nobilitas ab  
his sceleribus immunis est. Parum est id quidem,  
quia non alius videtur nobilitas in omni mundo,  
quam unus homo in grandi populo.

Pag. 153. Bagaudas.) H. populi & Baucaude  
& Bagauda & Vocaude ab aliis dicuntur pro-  
idiorum variatione. Diligenissimus harum  
rerum inquisitor Abrahamus Ortelius videtur  
usus quedam Salviani libro, in quo Baoganda scri-  
pti fuerunt. Sic enim citat ex hoc ipso Salviani  
loco in Thesauro suo. Sed quid vetat ipsiusmet ver-  
ba ascribere, ex quibus melius qui ipsi fuerint, in-  
telligemus? Baucaude, inquit, populi circa Alpes  
videntur apud Zosim. 6. forie circa Sabaudiam.  
An Bagauda Europii? Hoc nomen in Galliaru-  
sticis provinciā populantibus impositum sub Dio-  
cletiano. Vocaude hi sunt apud Oros. 7. Baoganda  
sunt apud Salvianum s. de Providentia. Baccha-  
ride vocantur corrupti in Eusebi Chromio. Ca-  
strum Bagaudarum appellatum aliquando locum  
agri urbis Luetia (quod horū Bagaudarum tunc  
receptaculum sunt) quem hodie S. Maurdes Folsez  
nominant, ut scribit Vigen. ad Matronā fluvium  
esse, apud aliū lego. Hactenus Ortelius. Europus  
lib. IX. sic horum meminit: Rerum Romanarum  
potitus (Dioctrianus) curs tumultum rusticani  
en Gallia concitasse, & factiom sua Bamacadarum  
nomen imponerent, duces autem haberent. Aman-  
dum

ideatur) Re  
n. quemad  
quis, nobilitas  
nest quidem  
in omnibus mundo  
ab & Baucanda  
dilectis dicuntur po  
ffamus hanc  
tristis videt  
Baugandensis  
q[ui]o Sabina  
plus n[on] ver  
suerint, in  
dicia Aya  
a Sabaudian  
in Galliarum  
sum sed Du  
o.7. Baugan  
isia. Bacch  
Cronies. Ca  
quondam loca  
ndarum venie  
tiorum filii.  
trona fuisse  
dium. Europa  
n Romanorum  
ultus rufican  
e Baucandorum  
aberem Amas  
do

dum & e[st] Elianum, ad subigendos eos Maximia  
num Herculeum C[esar]em misit: qui levibus pralitis  
agrestes domuit, & partem Gallia reformavit.  
Eadem ferè de his Aurel. Viæt. in Casarib. sub  
Diocletian. ubi Bagaudas mannum agrestium &  
latronum appellat.

Pag. 154. Qui exactionis publicæ nomen.)  
Graphice depingit hic auctor Exactorum in col  
legiis tributis & aliis indictionibus iniquitatem,  
rapacitatem, crudelitatem & larocinia. Unde cer  
te ut & ex historia illius temporis plurimæ leges in  
C. Iustiniane l. 10. & 11. recte illustrari possunt,  
ubi tot tit. hujus materia in persis sunt pleni quidem  
salubrium legum, sed indices pessimorum morum,  
De Annonis & Tributis, de Indictionibus, de Su  
perindicto. De Exactoribus tributorum, de super  
exactionib. de discussorib. de censib & censorib.  
& per aquatorib. & inspectoriib. de omni agro de  
serto. Ut nemo ad suum parrociniū suscipiat rusti  
canos vel vicinos eorum, &c. Has LL. qui evolvet,  
non facile mirabitur de caussis & rationib. illarum  
cui veleret hoc Salviani loco constiterit de misera  
provincialiū suppressione, qua quantopere carce  
ribus & tormentis exacerbata fuerit, vell. 2. C. de  
exactorib. tribut. satis testari potest. ubi Constan  
tinus in hac verba sanxit: Nemo carcerem, plum  
batarūq[ue] verbera aut pondera, aliaq[ue] ab insolentia  
judiciorū reperta supplicia in debitorū solutiōib. vel à  
perversis vel iratois judisib. expavescat. Id ipsū est  
quod paulo post Salv. ait: Domos suas deserunt, ne in  
ip[s]is

ipsis domibus torqueantur. Exilia petunt, ne sup-  
plicia sustineant, &c. Item inferius Salvianus:  
Illiud indignius, inquit, ac pœnalius, quod omnium  
onus non omnes sustinent: immo quod paupercu-  
los honestes tributa divitium premunt, & infir-  
miores ferunt sarcinas fortiorum, &c. Hujus in-  
equalitatis ex gratia interdum & favore proficit &  
multi & LL. etiam testes sunt l. per equatores 6. C. de  
censib. l. ro. de fund. patrimon. l. ult. & penult. C. de  
ann. & tribut. l. 8. C. de excus. mun. l. ult. C. de  
discuss. omnium clarissim. in hanc Salviani sen-  
tentiam l. 1. C. de censib. ubi Constantinus. Quoniam  
inquit, tabularii civitatum per collisionem poten-  
tiorum sarcinam ad inferiores transferunt: ju-  
bemus, ut quisquis se gravatum probaverit, suam  
tantur pristinam professionem agnoscat. Huc rei  
medenda per equatores ordinati fuerunt l. 5. & 6.  
C. cod. sed & superexactiones a misericordia extorque-  
bantur, quasi inde, ne ad exemplum Bagaudarum  
majus malum Republ. minaret, sub pena ca-  
pitali Arcadium prohibere oportuit l. un. C. de su-  
perexact. Hac de re innui, nō fallor, b. Salvian.  
dum inquit: Et quidem miserrimi pauperes sic  
totum hoc quod diximus, solvunt, quod qua re vel  
quaratione solvant, penitus ignorant. Cuien-  
licet discutere cur solvantur, aut cui permittitur ex-  
plorare quid debeat? Huc discussorum spectavit  
officium. Quantorum autem semper motuum  
in Republ. causa fuerint haec Magistratum rapa-  
entes & subditorum excoriationes, si exempla  
quis

*quis desideret, ei vel nostra hac tempora satis dabant, si vetera nolit.*

Pag. 156. Res diversissimas patiuntur, invidiā & egestatem.) Merito diuersissima. Sic enim & Socrates apud Xenoph. l. 3. ἀπανημένοι φύσεις δὲ οὐκοῦν ὁ πάτην, οὐ πλειον τὰ εἰδένεσσαν αὐτὸν ὅτιον, ἔτι μὲν τοι τὰ εἰπεῖν φίλων ἀπορήσεις, γάρ τοι ἐπ' ἐκθέματι διορθώσις μηδεὶς μένει. οὐδὲ μόνον ἐφ φύσειν τὰς εἰπεῖν τὰς φίλων διπλακίας αἰσχυνάσθε. Et secundum Senec. ep. 14. Nullum latro transmittit. Idemque Cyrus in elegantiissima oratione testatur, quam ad Persas habuit apud Xenoph. lib. 7. καργατοῖς. ὅτια ταῦτα εἴναι τοῦ ἔχειν πότε τολμεῖσι καὶ φύσεις καὶ ἐπιχειρεύεσι καὶ τολμαὶ μηδενόταν. Et Plutarch. in Isabell. τοῖς τολμαὶ πεποιημένοι φύσεις οἱ λύπταιτο ἀλλοτροῖς ἀραδοῖς. Idem elegantiissime in libell. τοῖς φύσεις καὶ μίσει, ubi differentiam Invidie et Odiae sic exponit. μάτερ οἱ λύπταιτο αἱ ἴστρες καρυόφιδες γένουται κατεργάρδιον τὸ φύσις ἡ ταῦτα πεποιημένα τοιούτα αἰνεῖται τὸ μικροῦ επονοῦται, εἰπεῖν τοῦ τοντού εἰντυχμέναν τοῦ φύσης λαζαρίτον τοῦ γαναβίθια καὶ κεφαλομύρτου τὸ φύσιον, στιλβαττοῦ καὶ αὐλαρχοῦ κατελαμποτοῦ. τοῦ μὲν τοι μίσος σὸν αἴνεται τὸν ἐκθέματα τοτε εγχιθεὶς διδάσκεις. ὁ γένιος Αλέξανδρος φύσιν ταῦτα δὲ οὐδὲν εἶχε, μοινέτοι δὲ τολμάς. οὐδὲ ἀντί τοι τέλος ἐπιτελεύθεσις αἰτίαν τοντού καὶ τὸ δυστυχμένο τὰς φύσεις ταῦτα πέποιθεν αὐτὸν εγχέεις τοι μίσον. μάτερ οὖτις τοῦ τοντοῦ, τὰς εἰκότες γενομένας. Χρονεῖς γέδεις τοῦ νεανίν.

Pag. 167. Quia non ignorantia Dei.) Sic supra hoc eodem libro pag. 147. Ignoscit aliquatenus ignorantiae potest, contemptus veniam non meretur. Et infra lib. 6. pag. 177. Duximus questus sum detinores nos insulco esse quam barbaros. quia illos ignorantia legis excusat, nos scientia accusat. Es

qua sequitur. Et lib. 6. pag. 270. Voluntas criminis  
non habet, ubi furore peccatur.

Pag. 171. Caritate & benevolentia.) Ferrum  
tuetur Principem, melius fides. Senec. Sic alter  
lib. 1. de Clementia: Errat, si quis existimat, tu-  
tum esse ibi Regem, ubi nihil a Rege tutum est. Se-  
curitas securitate mutua pacifica est. Non opus  
est instruere in altum editas arces, nec in adscen-  
sum arduos colles emunire, nec latera monium  
abscindere, multiplicibus se muris turribus se-  
pire. Salvum regem in aperio clementia praestabit.  
Unum est inexpugnabile munimentum, amor  
civium. Plinius Panegyr. Discimus experimento,  
fidissimam esse custodiam Principis, ipsius innocentiam.  
Hec arx inaccessa, hoc inexpugnabile mu-  
nimentum, munimento non egero.

Pag. 172. Nemo malus, nisi stultus.) Horat.  
lib. 2. Satyr. 3.

Que mala stultitia, & quemcumq; inscitia veri  
Cacu agit; insanum Chrysippi porticus, & grex  
Autumat, hec populos, hec magnos formula re-  
Excepto sapiente, tenet. (ges

Plutarchus in Lysandro: οὐδέταν τοῖς ἀγροῦσι κε-  
νοὶ οὐδὲ τὰς ἄγονας, μάτιες τὰς τυφλότερες τοῖς  
μὴ βλέπουσιν.

## LIB. VI.

Pag. 277. Nikilferè criminum, &c. quod in-  
spectaculis.) Insania illa spectacula non Chris-  
tiani solum (quadrae pleni Parvum libri) sed &  
Ethni-